

che filiale ; et voici la magnifique et consolante lettre qu'Elle a chargé M. le curé Adam de remettre à Monseigneur. Nous en publions le texte latin avec la traduction française.

PIUS PP. X

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Laudem tibi præcipuam debemus de studio in Nos tuo, unde episcopalis muneris informas acta, deque adiumentis, efficacitate præstantibus, quibus Apostolicæ Sedis sustentandæ vitæ studes. In primis rationem hac laude spectamus, qua opus Petrianæ stipis habes in Archidiœcesi providenter instructum; quando quidem ea declarata atque inculcata re, quanti intersit necessitatibus Patris subsidio venire, singulos es cohortatus auctoritate tua ut certum definitumque in modum deliberarent de fortunis proventibusque aliquid detrahere Vicario Christi submittendum. Deinde alacritatis tuæ placet dilaudare exitum, itemque voluntates fidelium commendare, qui istic iam nunc videntur tua libenter excepisse studiosa verba et invitationi respondisse. Habeas igitur a Nobis aperiasque vicissim populo grati animi sensus, bonamque scias conceptam per Nos esse spem, istam debere Ecclesiam, sicuti antea, ita in posterum, perutilem Sanctæ Sedî fieri.

Testem benevolentiae Nostræ et divinorum auspicem munerum Apostolicam Benedictionem tibi et fidelibus tuis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die XIII Martii anno MCMVII, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. X.

PIE X, PAPE.

Vénérable Frère, salut et bénédiction apostolique.

Nous devons vous louer tout spécialement de votre zèle pour Notre personne, qui inspire les actes de votre administration épiscopale, ainsi que des secours remarquablement efficaces par lesquels vous vous efforcez de subvenir aux besoins du Siège apostolique.